Dissertationem inauguralem medicam de passione hysterica / ... publicae disquisitioni submittit Johann Fridericus Hellwag.

Contributors

Hellwag, Johann Friedrich, active 1677. Metzger, Georg Balthasar, 1623-1687. Universität Tübingen.

Publication/Creation

Tubingae: Typis Johann-Henrici Reisii, [1677]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/tr6pcbxt

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org ANNUENTE DEO TRIUNO!

Dissertationem Inauguralem Medicam.

DE

PASSIONE HYSTERICA

Sub

SERENISSIMI PRINCIPIS at DOMINI,
DOMINI

LUDOVICI,

Ducis Wirtembergiæ & Tecciæ, Comitis Mompelgardi, Dynastæ in Heidenheim, &c.

RECTORATU MAGNIFICENTISSIMO,

Permissus Authoritate Amplissima & Gratiosa
Facultatis Medica, in Illustri EBERHARDINA,

PRÆSIDE

DN. GEORG-BALTHASARE METZGERO,

Medicinæ Doct. Prax. Anat. & Botan. Prof. P.

h. t. Facultatis Decano, Præceptore ac l'autore suo omni observantiæ & honoris cultu æternum devenerando.

Pro Summis in Nedica Facultate Honoribus

ac Privilegiis Doctoralibus

solenniter ac legitime consequendis,

publice disquisitioni submittit

JOHANN FRIDERICUS Hellwag/Tubingensis.


IN AULANOVA

Ad diem Octob.

ANNO ACADEMIÆ JUBILÆO SECUNDO, M DC LXXVII.

TUBINGÆ, Typis Johann-Henrici Reisl.

there is to be the western A Disferracionem francementein Difedirect SOLDHER HAYBURION A STATE OF THE PROPERTY OF THE PROPERTY OF THE PARTY OF T A Chiral Disconstant of the Contraction of the Cont deid Wood pelgalier 17 17 year fire in 19ei-CHARLES THE CAME OF THE CAME OF THE PARTY OF 文式 100 M 10 The sundering the modeline of Grathy? THE STATE OF THE PROPERTY OF THE PARTY OF TH A North Total And Attitude Profession Profession P. SECTION OF STREET could a constitudant to the second A Committee of the Parties Parties tavilationary A 8.200 A Typis January m. Hannatte Lagrat.



1. W. 9-

Vm fæminæ, quibus Hysterica, Passio præ aliis moib s valde samiliaris est, aquè ac Viri, Medicam opem desiderent & requirant, cum Medicus chi i. stianus debeat æquè sæminis ac ma-

ribus velle prodesse, non autem possit, nisi eorum notitiam habeat, quorum mentionem sacere nonnunquam pudor prohibet: nemo, ut spero, mihi vitio vertet, si cum verecundia de iis disseram, de quibus alii
impudicè deblaterant & hinc malè audiunt: ego autem id agam, ut ulteriori indagatione hujus Symptomatis non rari & conquisitione remediorum, quæ passioni isti resistere vel eam superare valeant, membrum
corporis humani, ad sanitatis, imò speciei ipsius, conservationem necessariu, à noxa præservetur vel vindicetur.

Casta Deus meus est, castà vult mente vocari.

Mundis omnia munda sunt, ait Apostolus Tit. 1. v. 15. & ita castis. Omnia ergò mihi ut in hac materià disserenti munda sint, Dei Opt. Max. castam mentem devotis precibus ambio, & ejus sanctam gubernationem sollicito, qua adjutus, memor præcepti Apostolici (quo in Epist. ad Eph. cap. 5. v. 4. Christianos ab omni turpitudine, aut stultiloquio, aut scurrilitate alienos, ad gratiarum actionem autem paratos esse jubet) mentem meam ab omni libidine illibatam retineam, nec in discursu pias aures ossendam. Je hova juva,

nec gratiam mihi concessam subsequente successu de-

THESIS I.

Affio Hysterica Dono the vergues ab utero dicta, nomen, ut hoc statim in limine moneam, generale est, & omnibus, qui ab utero veniunt, affectibus commune; hic tamen in speciali sensu, ut specialem uteri affectum, qui mig viseenni Gracis vulgariter audit, item amvoia viseenni, tiis unτρας Σστό ωληξις 6. de loc. affect. ς. Latinis uteri strangulatus, suffocatio, præfocatio, spirationis ablatio ob uterum hinc inde dicitur, quod suffocari mulieres vel strangulari videntur, notat; Alexander Benedittus cruciatum uterinum κατ' έξοχίω vocat l. 10. pratt. c. 10. pariter Cous verenza in plurali nominat. 5. aph. 35. forte quod omnium affectuum uteri gravissimus, atrocissimus, periculosissimus; non incongrue Paracelsus Caducum matricis intitulat, nominibus in universum omnibus his à loco affecto, utero, deductis. A neotericis tamen, qui locum primariò affectum quemcunque alium potius quam uterum faciunt, modò suffocatio seu strangulatio hypochondriaca dicitur secundum De le Boe Sylvium in Id.med. pract. l. 1. c. 2. §. 15. Bernb. Swalve pancr. pancr. p. 213. segg. Paul. Barbette prax. l. 4. c. 3. modò asthma muliebre ad mentem J. Bapt. Helmontii de astbm. & tus. §. 9. quo cum facile Nathan. Highmor. convenit de pass. byster. modo motus convulsivus Thom. Willisio patholog. cerebr. c. 10. Plura eaque potissimam partem jocosa circa homonymiam qui desiderat, Henricum Cellarium in musteo tract. germanico inscripto, vie Bere meinte Mutterbeschwerung/adeat.

II.

Pergo ad rem: Est sensibilis animalium & vitalium functionum lasio cum totius corporis refrigeratione, ab aura maligna ex semine, sanguine materno aliisque bumoribus rebusque p. n. circa uterum stagnantibus & peculiariter corruptis assurgente orta.

III.

Locum generis sibi vindicat sensibilis animalium vitaliumque,

functionum lasso: Hinc luculentissime apparet, hunc assectum proprie neque ad classem morborum, neque causarum, sed symptomatum, & quidem actionum lassarum, referendum esse. Lassam autem sunctionem animalem & vitalem tam varia, dira ac miranda symptomata in thes. 9. proposita satis superque patesaciunt.

on as IV. on

De subjetto seu loco affetto non parum inter Medicos litigatur. Antiquissima opinio est, uterum primario & semper affici, unde Pergamenus symptomata, scribit, quæ hysterica appellantur, ad uterum tanquam ad radicem pertinent l. de bumor. comm. 1. Longè aliter tamen modernorum plurimi judicant; interque hos Nathanael Highmorus 1. c. pulmones cordisque thalamos primò laborare credit; De le Boe Sylvius, Swalve, Barbette supra citati hypochondria & intestina substituunt ; Willissus cum Carolo Pisone de morb. ex colluv. seros. ort. caput seu cerebrum & nervosum genus accusant insonte sæpe utero 1. c. Pace omnium horum & affeclarum, uterum pro subjecto principali agnosco, qui primario hic & semper afficitur, nec nisi hôc gaudentes, malo hôc proprie laborare credo cum Fernelio, Foresto, Riverio, Mabio & pluribus. Ut tamen à contradicentium me tricis extricem, distinctione opus esse videtur inter locum primario affectum & secundariò, inter partem mandantem sive fontem, à quo materia morbifica diversorum symptomatum mater promanat, & partem recipientem, ad quam amandatur; illam uterum omninò censeo, auram venenatam exspirantem, hanc verò partes varias admitto, prout aura hæc ab utero ad varias affurgit, prout variarum partium actiones læsæ has produnt, quod in sequentibus pluribus patebit. Uterum autem dum nomino, collectim intelligo simul hujus vasa, testes, tubas Fallopianas, loca ad excipiendam retinendamque materiam hanc vitiosam satis superque laxa non modo & idonea, sed & hâc subinde repleta & turgida visa, teste autobia Anatomica; Si enim in cavitate uteri sola quærenda esset hæc tantorumque malorum minera, mirum, ùt recte Sennertus colligit, eam non citius per cervicem seu collum exire, quam in vafa redire.

V. Circa

V.

Circa proximam etiam causam magna iterum Authorum disfensio sese offert. Ex veteribus Hippocrates, Plato, Aretaus aliique uteri ascensum incufarunt, quibus ex recentioribus Job. Fernelius, Hadr. Spigelius, Eustachius Rhudius, Andr. Laurentius, Melch. Sebizius. & ipfæ mulieres ad sensuum tribunal provocantes subscribunt. Sed verè uterum loco moveri suo, aut secundum Platonem animalis instar hinc inde errare, aut juxta Hippocratem ad hepar aut præcordia adicendere, nemo nisi nimis credulus & ad lucem hodiernam Anatomicam cœcutiens sibi persuadere patietur, nec ad affectus hujus indolem symptomatumque rationens explicandam commentô hôc opus est, ut infra patebit. Novorum principiorum sectatorum quilibet suo hic abundat judició, fuam fibi quisque causam fingit : Job. Bapt. Helmontius & Fr. Oswaldus Grembs ad Archeum suum confugiunt, quem pro calido alii nativo venditant; sed communem & remotam causam; ubi proximam & specialem quærimus, substituunt, eodemque Harvejanos crimine reos censeo, qui circulum sanguinis inhibitum seu impeditum adducunt. Highmorus l. c.c. 3. nimium sanguinis subtilis & flatulenti in pulmonum vasis cordisque thalamis infarctum in scenam producit : Sylvius 1. c. c. 11. §. 11. Barbette l. d. & c.9 in notis Deckeri, Regnerus de Graef de mul. organ. generat. c. 10. succum pancreaticum aliumve aciditate & præcipuè austeritate bilem acrimonia, salivam verò visciditate & copià simul vel seorsim peccantes tenuique in Intestino vitiosè effervescentes in jus trahunt. Th. Willis l. d. spirituum animalium explosioni à variis causis p. n. excitatæ causam ut plurimum attribuit, insonte etiam, ut dicum, uterd; sed symptomatum quorundam causas egregios viros hos vidisse largior, proximam verò integri affectus hujus causam propalasse aut è tenebris extraxisse, asserere non audeo; utque uterum antè à culpa absolvendum non credidi, morbumque hunc mulieribus solis proprium dixi, ita causam hanc ab utero verisimiliter & unicè quidem accersendam puto. Hanc dixi auram quandam malignam circa uterum oriundam, quæ ob mirandum hujus cum pluribus partibus confensum hine inde propagata, malis hisce omnibus occasionem præbet.

VI.

Exhalat autem hæc circa uterum oriunda aura frequentissimè ex semine muliebri sive ovulis corruptis secundum Christ. Frider. Garmannum de ovo bum. §. 35. cujus exemplum est apud Zac. Lustanum P.P. Med. bist. 9.1.3. nec non Ephem. nat. eur. anni 1. obs. 32. ubi uterus iu sectione hystericæ unà cum testibus & vasis deserentibus materia seminali corrupta, quæ caseo recenter coagulato hand absimilis erat, turgidus repertus fuit : nonnunquam etiam ex sanguine materno seu menstruo suppresso apud Johann Bapt. Montanum confil. 307. P. Poterium cent. 3. obs. 50. J. Petrum Lotichium 1. 5. obs. c. 1. obs. 8. ex aliis circa uterum stagnantibus & peculiarem induentibus corruptionem humoribus, quod iis accidere non rarò solet, quæ viri consuetudine gaudent, bene purgantur & uterum gerunt; ita ex seri biliosi & acris copia Philipp. Salmuth. Cent. 2. obf. Med. 47. effectum hunc notavit. Imò vermes in antro pudoris latitantes, nec non carnosam molem strangulatum hunc uteri fecisse tetris ad superna vaporibus missis Zacut. Lufitanus lib. 3. bift. prax. cap. 16. obf. 1. & 2. author est. Corruptos hos quoscunque vapores uterus per venas hypogastricas circulantis ope sanguinis omnibus partibus affundere & suo quasque infortunio mactare potis est; unde etiam variorum symptomatum deducere colluviem non difficile erit, ut ex infra dictis constabit.

VII.

Juvant ex naturalibus temperamentum calidum & humidum, seminis & sanguinis serax: cholericum etiam suspectum est, quod acrius semen generat, imò & frigidum multorum vitiosorum humorum autor. Sexus muliebris, qui solus ob uterum ad morbum hunc dispositus est; viris autem si simile quid accidit secundum bodiernorum judicium, idem tamen non est. Ætas viro jam matura & generationi apta; ante enim pubertatem & post consistentem ætatem, cum causæ serè exulent huic assecui generando necessariæ, ut mox patebit, immunes serè vivunt; nec hætamen semper absolvi possunt, Carolo Pisone 1. c. & variis cassibus testantibus. Vitæ etiam genus multum facit, viduæ præsertim,

fertim, quæ pepererunt antea, præ cæteris in hoc pronæ sint 6. de loc. affett. s. his annumeranda virgines sanguine ditiores, salaciores, moniales, refragante natura castitati votum dantes; imo & prægnantibus cachecticis, puerperis lochiis non recte fluentibus contigisse, historiarum Medicarum sides monstrat. Uteri etiam conformationem strictam, vasorum naturalem angustiam, ad humorum corruptelam suum symbolum conferre, extra dubium est. Ex non naturalibus aër five calidus five frigidus nimis, five ore sive utero exceptus, vitiosus est: hunc ipsæ satis mulieres nocivum sibi norunt experiunturque sæpissime in hoc malum proclives, five fub nudo versentur frigore, five cellas aut cryptas subterraneas ingrediantur; tempestates etiam prævidere quasi possunt, exacerbatione paroxysmorum ex Carolo Pijone, almanachque ita suum in utero, ut podagrici in pedibus, habent. Vaporibus item ingratis, imò, quod mirum, quam maxime etiam suaveolentibus, refertus hystericas passiones facere & exasperare ex Balth. Timeo t.s. caf. med. 15. Hoferi Herc. Med. 1. 7.c. 2. nec non quotidiana experientia abunde constat, tristeque exemplum Christ. Langius refert illustris virginis, quæ in lectum foliis rosarum conspersum, ob æstivum calorem temperandum, decubuit, & ferali matricis adversus vitalia rebellione facta, verbis Autoris, in somno extin&a est. gymnasm. 10. misc. medic. curios. Antverpiæ jam ante decennium, si fides danda est relationibus, trium vel quatuor menfium spatiô, puerperarum plus quam 120. ob sacchari moschum olentis usum extinca sunt. In ratione indagatu digna hucusque Autores tantum non omnes sudarunt, qui consuli hinc inde posfunt. An inter omnes rei ex affe satisfecerit H. Grube de medic. simpl. cognosc. art. 2. & 3. s. aliis judicium relinquo; videri etiam possunt, quæ Highmorus de pass. byster. c. 6. habet. Cibus & potus sive quantitate nimii, sive qualitate justo calidiores, acriores, dulces nimis, manum etiam prabent; illi copiam seminis augendo, hi irritando. Ita uxor cerevisiarii dulcibus usa julepis in hunc affectum incidit apud Forestum. Excedens somnus, otium, vita sedentaria, luxui dedita, semina colligit; idem ab immodico corporis motu, choreis excedentibus metuendum; imò quod mirandum, levem corporis jactationem & fortuitam lecti

concussionem novo ansam paroxysmo dedisse, Car. Piso autorest. Excreta & retenta non rarò etiam inculpari merentur, v.gr. sanguinis menstrui, seminis muliebris & aliorum circa uterum ultra naturæ leges retentio. Idem tamen infortunium post nimium etiam menstruorum apud Forestum 1. 28. obs. 26. lochiorum fluxum ap. Varandaum 1.1.de morb.mul.c.s. post spontaneam sanguinis excessivam per saphænam evacuationem apud Cordaums comm. 2. ad l. 1. Hipp. de morb. mul. notatum. Animi affectus, Zelotypia apud Montanum, ira apud Forestum, terror, tristitia apud alies malum excitarunt. Ex p. n. uteri intemperies, obstru-Etio, ulcera, vaginæ coalescentia & affectus uterini alii, viam præsertim exituris præcludentes, abortus, partus difficilis cacochymia incufari possunt. Secundum Willisium etiam debilis cerebri constitutio accusatur, an bene vel male, ex dictis judicatu facile est. new your perelby in animales

VIII. 199 anoinsig mables inp

Aff. 5. constituit; verum cum graduales saltem sint, eas seponimus, & locum aliis ex Institutionibus petitis supplemus. Passio igitur hysterica ratione magnitudinis alia intensior, alia remissior, pro causæ conditione, symptomatum graviorum majori vel minori congerie; ratione subjecti jam solum uterus, cor & pulmones affliguntur, jam etiam cerebrum & nervosum genus in consensum vocantur, motusque convulsivi accedunt; ratione causarum alia est à semine, alia à sanguine, alia ab aliis humoribus, vermibus, clausione uteri, vaginæ, causisque aliis supracitatis.

IX. saddi sucrologa conta

Signa affectum imminentem, præsentem & desinentem indicant. Imminentem lassitudo totius corporis spontanea, crurum infirmitas, oscitationes, pandiculationes, frigus totius, tremor & dolor circa uterum, caput, artuumque cruciatus vagi, dissicilis respiratio, pulsus imminutus, cordis saltus, pallor faciei, mentis & actionum animalium torpor, somnolentia, ructus, cibi sastidium, præcordiorum instatio, murmura abdominis variique in ventre soni, ranas nunc coaxantes, nunc serpentes sibillantes,

anzul.

billantes, nunc latrantes canes, imò, secundum vulgi judicium, domonem ipsum mentientes ex ventre loquentem; interdum uterus ipse globi instar affurgere tactu judicatur ad superiora, nonnullæ nolentes volentes rident, aliæ lacrymantur aut utrumque permiscent, delirant; hæcque & omnia alia præsente paroxyimo magis augentur, convultiones junguntur crurum & brachiorum, vox intercipitur, respiratio & pulsus plane abolentur ad sensum, jacent frigidæ cum omnimoda sensum & motus privatione, ut, nullo vitæ signo amplius superstite, ceu mortuæ, sepulturis aliquando destinatæ suerint : horumque symptomatum rationem ab aura maligna ab utero affurgente & diversas partes diversimode, indicibili quadam corruptione, ut loquitur C. Hofmannus de loc. affecto l. 1. controv. 6. afficiente deducere cum plurimis non difficile videtur; quid enim in illa corporis sentina fieri non potest? inquit idem Hoffmannus I.c. consulatque de hac, qui desiderat pleniora, vel unicum Sennertum l. 4. de morb. mul. p. 2. 5. 3. c. 4. in specie verò de globo illo uterum mentiente Glissonium de Anat. hepat. c. 2. Deficientem arguunt, oculorum reclusio, genarum rubore suffusio, intestinorum obmurmuratio, humoris è locis muliebribus effusio, actionum animalium restitutio, corporis incalescentia, suspiriorum profundorum emissio.

Cæterùm ut mortuam à viva distinguerent, quod sactu quam maxime opus est, Galeni tempore lanam carptam vel pennam levissimam naribus & ori admovebant, aut pelvim aqua plenam pectori imponebant; alii speculo terso ori admoto, sternutatoriis naribus instatis aliisque superstitem respirationem & sensum explorare jubent. Verum cum incerta hæc omnia sint, teste experientia, consultius erit, ante triduum aut donec sætere incipiant hystericarum corpora terræ non mandare, ut plenius hæc iterum Sennertus aliasque ab affinibus assectibus subitò & incunctanter distinguendi (quod Æsculapii esse putat Hosmannus l. d.) notas suggerit l. c.

Signa causarum cognitu faciliora sunt. Ilbi seinen peccat, graviora adsunt symptomata, Gal. de bumor. comm. 1. Lunaris fluxus

Aug.

Auxus defectus nullus est, præcessit vita & victus semini cumulando apta, ægra vidua est cohabitationi ante adsueta, aut virgo salacior, monialis, delitiis & amori dedita, sanguine dives, venereis sermonibus, lectionibus, indulgens, in declinatione paroxysmi non infrequenter semen profundit, exemplô viduæ Galeni. Si culpa penes sanguinem est, fluxus ordinarius restagnat, paroxysmus, muliere etiam consuetudine viri debite utente, mensium ferè tempus observat, dolores circa dorsum, uterum, pectinem finnt. Aliorum humorum vitium adest, si prædictæ caulæ absunt, ægra vetula, caeochymica certasque paroxysinus periodos non observat. Occultiores causas alias artificiosa conjedura, quantum possibile, Medicus venabitur.

Quà prognofin; gravissimum malum multitudo & gravitas symptomatum minatur, rarò tamen letale, nisi alii cum ea morbi complicentur aut ex veneno valde exaltato oriatur. Periculosus est gravidis, quibus abortum minatur, puerperis ex viribus laborantibus, senibus, cacochymicis eadem ex causa; quod sepius & diutius affligit, gravioribus symptomatibus stipatum, pluribus principibus partibus in consensum tratis; gravius à semine quam sanguine fit. De vita tamen non statim desperandum; testibus enim historiis hystericae omni mota & sensu carentes, mortuarum instar habitæ, ad se redierunt.

XIII.

Curatio iterum morbum vel præsentem vel imminentem respicit: illa coada & extraordinaria dicitur & præsentis paroxylini impetum coërcet; hec methodica sive ordinaria, quæ causarum profligationi intenta, suturo inde paroxysimo occurrit. Coercent autem præsentem paroxysmum, quæ naturam quasi attonitam & sopitam excitant, auram malignam intercipiunt, à principalibus partibus revellunt, discutiunt & evacuant, interna & externa. Vestibus igitur circa pectus pro liberiori respiratione laxatis, ægraque decenter, cervice & scapulis elatis, collocată, quà primum scopum, præmissa si opus est, alvi eluitione, naribus statim graveolentia v. gr. assa fœtida, castoreum, ruta viridis, suffitus ex sulphure accenso, succino, pilis, plumis perdi-

White been

cum, coriis attritis, lichenibus equorum combustis &c. applicentur; inclamationes alta voce, partium sensibilium punctiones, narium, aurium, vellicationes, pilorum evulsiones, frictiones in plantis pedum, præsertim sale & acetô, ligaturæ dolorificæ instituantur, vesicatoria item dolorifica cuti, naribus sternutatoria ex 5. aph. 35. admoveantur. Riverius tabaci fumum ori & naribus inflandum præcipit. Quà alterum fasciis seu cingulo ex corio humano five cervino ventrem circa umbilicum fortiter constringunt. Revellendi gratia suppositoria acria similesque clysteres ex diaphœnic. bened. laxat. hier. picr. & hujus farinæ pluribus parati conveniunt; in sanguineis, si pulsus validus & manifestæ plenitudinis notæ adsunt, V. s. etiam locum habet secundum Riverium, Hochstetterum, Highmorum, præsertim in pede, si malum à mensibus retentis ortum, secundum Wallaum. curbitulæ vicariæ sunt, coxis, suris, imò ipsi pectini admotæ: Hirudines mariscis appositæ sæpè etiam proficuæ. Ad discutiendum & evacuandum faciunt varia iterum interna & externa; quæ inter clysteres ex emollientibus & carminantibus extructi discutiendis non modo vaporibus tetris, sed & sentinze circa primas vias blande evacuandæ, commodiffimi : vomitus etiam, fi disposita ad hunc mulier sit, moveri potest: quibus conveniunt, sternutatoria, ex castoreo vel solo vel cum helleb. alb. pyrethr. lil. convall. insufflentur: inferioribus suaveolentia, suffumigia, inje-Etiones uterinæ, pessi uterini Myns. aut alii ex cyclam. cœpis, allio &c. utero immittantur. Prosunt etiam ad ventrem inferiorem sacculi & fotus ex artem. calaminth. sem fænic. anis. bacc. laur. fl. chamom. aneth. inunctiones ex ol. laur. rut. aneth. castor. irin. cheiri. Unguent. ex scarlea cum butyro coctum Cratoni magnum est. Chimici ol. Jovis inunctum omnibus præferunt. Emplastra umbilico applicentur uter. August. de galbano; Internè advocentur aq. hyster. Mynf. hirund. c. castor. spec. diajov. Myns. fœcul. bryon. pulv. hyster. August. pil. fætidæ Varandei, elix. uter. Croll. ol. Jovis, succin, theriac. mithrid. c. aq. artemis. vel puleg. data & sexcenta alia. Laudanum opiatum in magnis doloribus laudatum etiam auxilium præbet. Priapus tauri & cervi justo æstus tempore exectus apud Th. Bartholin. 1.

6. ob/.

6. obs. 50. extollitur, juli nuc. jugland. apud Cratonem. 1. 3. epist. Secundinarum item primiparæ pulvis apud Riverium, succus levistici inter vulgum commendantur.

XIV.

Extra paroxysmum præservatio necessaria est, causæque, hunc in finem, ubicunque latitantes, modo quocunque peccantes, corrigendæ, dissipandæ, evacuandæ. Et quidem cacochymiam totius per digerentia, purgantia singulis humoribus & naturis convenientia, diuretica, sudorifera expellenda; cauteria quoque seu fonticuli operam proficuam his spondent. Viscidus humor emolliendus, abstergendus. Si ex sanguine stagnante & suppresso laborant hystericæ, ordinarius his fluxus & effluxus notis remediis restituendus: si seminis copia & corruptio injuriam facit, quæ hoc consumunt & luxuriem compescunt, adhibenda; prosunt sem. papav. lactuc. vitic. menth. facch. t. camphora, aq. castit. Mynf. Si vagina p.n. coaluit, chirurgica ope recludenda, queno operandi modum Fabr. ab Aquap. in chir. oper. Johann Scultetus in armam. chir. fig. 41. exhibent. Contra vermes apud Z. Lusttanum præservata sæmina suit potu communi parato ex aqua, in qua dictamnus & rhabarbarum per noctem madebant. 1. c. Hic idem l. d. obs. 3. commune remedium coutra omnes ferè causas præservatorium, pilulas hystericas præstantissimas sæpius adsumendas, describit.

XV.

Denique peculiariter etiam uterum quæ respicere & corroborare creduntur, commendantur, quorum jam partem supra produximus. Præter illa Matthiolus radicem bryoniæ in vino decoctam magnifacit; radix imperatoriæ, herb. Levisticum: corallia, mater perlar. pulveres chalybeati cachect. Querc. extr. hyster. majus & minus ejusdem, tartar. vitriolat. elix. propr. aliis in pretio sunt.

XVI.

Superest diæta, quæ cum prædictis remediis amice conspirare debet. Aëris injuriæ supra accusatæ omnes absint. Cibus omnis sanguinis & seminis copiam augens, cacochymiam inferens, exulet. Potûs loco præstat cerevisia tenuis, serum lactis, decotum Etum hordei, sassafr. c. coriandr. imò in assuetis aq. simplex prævino; locum tamen & hoc subinde habere potest tenue aut aqua dilutum, in virium præsertim debilitate. Somnus moderatus sit, & ad seminis, si hoc in causa est, consumptionem fol. salic. viticis, & similibus indormiendum. Excernenda debitè promoveantur, nec, si seminis culpa malum nascitur, quibus licitum, veneris usus denegetur: hoc enim quæ fruuntur, jure meritò, hoc præsertim in casu, Cow noster magis sanas pronunciat l. de genitur, cui assentitur Pergamenus 6. de loc. ass. s. Animi assectus excelsivi pariter absint, virginesque præcipue & viduæ, occultas veneris slammas ne concipiant, lascivis Juvenum aut virorum conversationibus, sermonibus, cantilenis, picturis & similibus incentivis locum auxesque vacivas non præbeant, sed, ex Apostoli præscripto, interdiu & noctu precibus vacent 1. Tim. s. ut hoc dæmoniorum genus ejiciant Matth. 17. v. 21. Et hæc de præ-

senti affectu dixisse sufficiant. Deo Ter Optimo Maximo sit laus honor & gloria in sempitorna secula Amen.



I.

Ad Claris. Dn. Cand. Charissimum Dn. Parentem Amicum è primis.

Contigit in facto, Vir Reverende, hodie.

Fit Primogenitus MEDICINE Doctor: At Alter
Cheirurgus: Medius Pharmacopola cluit.

Ut Tibi mille cruces aliæ sint; hoc tamen unum
Instar cunctorum sit tetigisse satis!

eidnnesvos ponebat cum Voto omnis prosperit.

BALTHASAR RAITH, D.

in the set of the second of I. I. State

Tu qui languentes animas ex faucibus Orci Arte Machaonia jam revocare studes. Hinc merito Currus sumosi diceris Orci Hinc studii accipies digna brabéa Tui.

αυτυχεδίως deproperabat bono-

M. Ernestus Conradus Reinhardt/ Diaconus Ecclesiæ Herrenbergeusis.

III.

A Ccipe Victricem pulchro certamine palmam, Et medicum rarâ sedulitate decus! De cathedrâ morbos qui doctô conficis ore, Optatam in praxi redde salutis opem!

linque

Claristimo Dn. Candidato amico suo ut sincero ita dilectissimo cum Voto omnigena prosperitatis posuit

> M. Tobias Mærcklin; p.t. Stip. Mart. Oecon.

IV.

Magnos magna decent. Hinc gaudia magna Parenti
Accumulas, propriæ Gloria magna domus.

pauca bac
Nobili & Pra-Clarissimo Dn. Respondenti
feribere eique largos bonorum omnium,
cumulos apprecari voluit

Joh. Sigfrid Müller.

INIS

of munity

1211 Xate Dei